

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi  
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

**Engau, Johann Rudolph**

**Jenae, MDCCXLVIII.**

**VD18 12413879**

Tit. XXXII. De Abortv Procvrato.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10011**

## §. CCCXCII.

quando hæc  
pœna ces-  
set?

Quia uero capitalis pœna tunc demum obinet, ubi de expositione, exponētis animo occidendi, & cæde sequuta constat: iubet praxis, eos (1) qui infantem *mortuum a)* abiecerunt, aut (2) neque modo neque tempore periculoso, ut uel infamiam uel onus alendi a se defenderent, exposuerunt *uiuum*, qui postea per accidens periit *b)* &c. relegari, atque illos, quorum doloso consilio non respondit euentus, fustigari *c)*.

## §. CCCXCIII.

Iudicium  
ciuile.

Qui infantem expositum suscepit, *impensas*, si quas in eum propterea fecerit, ab expositionis auctore repetere potest.\*

\* *L. Wisig. IV, 4, 1.* suscipienti tribuit suscepti dominium, ita tamen, ut, uel pretio soluto uel seruo uicario surrogato, illud dissolueretur.

## TIT. XXXII.

DE

## ABORTV PROCVRATO.

## §. CCCXCIV.

Abactio  
fœtus

**P**rocuratio abortus dicitur quælibet actio *d)*, qua fœtus humanus in utero matris latens expellitur.\*

\* Hoc delictum in Germania frequentari cepit, ex quo

a) CARPZOV *de infant. expos.* p. II, §. 13. *Crim.* p. III. nr 3.

b) MYLIUS ad BEY- ERVM p. 248. pos. 18. c) BERGER *El. I.* d) FROELICH *c.* P. II. p. 192. 2.



ex quo Itolorum pessimum uiuendi genus corrupt probos mores nostrorum maiorum. Primi illud cognouerunt Wisigothi.

## §. CCCXCV.

*Fetus* ille uel *uitalis* est uel *nondum ui-* animati  
*talis e*). Tempus, a quo fœtus uitalis censerī debeat, non determinat Carolus, nec idem ponunt ICi f). Hodie Dd. theoretici tempus conceptionis g), practici uero illud, quo fœtus in utero se mouit, nominant. Iurium prouincialium uero & statutariorum alia 4 $\frac{1}{2}$ . b), alia 5. mensibus i), a conceptione præterlapsis, uentrem præsumunt uiuere.

## §. CCCXCVI.

Ab eo qui fœtum uitalem (§. pr.), ut capitalis est.  
periret, expulit, supplicium \* sumitur. Speciatim *masculum* gladio, *fœminam* culleo puniri iubent Nemesis Carolina k) & quarundam prouinciarum leges l). Praxis uero non sexum procurantis abortum,

O 2

- |   |  |
|---|--|
| e) BALVZ. Capitul. To. I. p. 82. 116. C. C. C. art. 133.  | MASIVS ad LANCELL. IV, 10, 7.  |
| f) POECKEL d. de crim. partus abacti c. 2. §. 29. BERGER El. I. Cr pag. 112. CRVSIVS de indic. p. II. c. 33. nr. 23. seq. | b) p. IV. const. elect. Sax. 4. N. O. L. O. art. 66. §. 6.<br>i) Statut. Mulbus. V. 15, 3. |
| g) BRVNNEM. proc. inq. c. 6. nr. 69. THO-   | k) a. C. C. art. 133. §. 2.<br>l) Bad. L. R. p. VII. tit. 19. Pfalz. N. O. tit. 21.        |



tum, sed cognationem, quae inter fœtum intercedit & illum, a quo eiicitur, attendere, atque hunc, ubi extraneus est, ut homicidam, si mater, imprægnator aut alius quis ascendentium, ut parricidam punire solet.

\* Olim pœna pecuniaria erat. *L. Alamann. XCI, Baiuu. VII, 18, seq.* Soli Wisigothi quærebant: num poculo an ictu partus abactus fuerit? illo casu capitalem, hoc uero pecuniariam pœnam statuentes. *L. Wisig. VI, 3, 1. 2.*

§. CCCXCVII.

Quando  
pœna ces-  
set, mitige-  
tur aut

Vbi femina casu fortuito, aut eum in finem procurauit abortum, ut effugeret mortem, a qua alio modo liberari non potuit *m*), omnis pœna cessat; ordinaria uero leuior, et quidem *relegatio*, petitur ab iis (1) qui fœtum expellere non potuerunt, aut (2) poculum abortionis, quod non satis intellexerunt, propinauerunt; *fustigatio* uero cum perpetua relegatione coniuncta manet illos, qui (3) fœtum expulerunt quidem, ast nondum uitalem *n*), uel eum, quem uiuere ignorabant; (4) qui eo procurarunt abortum, quod prægnanti feminae per incuriam, lasciu-

*m*) MYLIVS ad TERI d. *de iure matris*  
BEYERVM c. art. pos. *circa liberos sanguinolentos* §. 70.  
15. BECKER de *παί-  
διοκτορία inculcata ad*  
*seruandam puerperam* §. *n*) THEODORICI coll.  
49. 65. SCHROE- *crim. c. 7. aph. 7. pag.*  
1050.



lasciuiam &c. uim fecerint o), aut (5) quæ adhuc minorennis, aut (6) minis uel dolosis persuasionibus patris ducta p), aut (7) ut a morbo gallico liberetur q), procurauit abortum.

## §. CCCXCVIII.

Contra ordinaria grauiori pœnæ locuspere-  
cus est, ubi (1) crimen abortus *interue-* <sup>tur?</sup>  
*niente pecunia* patratum r), aut (2) cum  
*internecone grauidæ* coniunctum est.

## §. CCCXCIX.

Qui uenenum aut medicamentum ab-Socii.  
ortium præpararunt, aut præparatum  
gravidæ dari, uel ab ea hauriri mandarunt,  
consuluerunt &c. si dolo malo egerint,  
ut principales rei puniuntur, habita ta-  
men ratione cognationis inter eos & fœ-  
tum abactum intercedentis nec ne.

## §. CCCC.

Qui commodum moraliter certum per Iudicium  
abactionem partus eripuit cuidam femi- <sup>ciuile.</sup>  
næ, illud pensare tenetur s).

O 3

TIT.

- |                         |                       |
|-------------------------|-----------------------|
| o) KRESS ad c. art.     | q) MYLIVS c. l.       |
| §. 2. not. 2. NÆVIVS    | pos. 14.              |
| d. de infant. & parric. | r) FROELICH c. l.     |
| pag. 34. seq.           | nr. 9.                |
| p) N. O. L. O. art.     | s) KRESS ad art. 133. |
| 66. §. 13. FROELICH     | C. C. §. 7.           |
| lib. II. tit. 13. n. 6. |                       |



## TIT. XXXIII.

DE

## PROCVRATA STERILITATE.

§. CCCCI.

Procuratæ  
sterilitatis  
reos

Carolus denique homicidii reos esse fingit, quotquot spem prolis eripuerunt, utpote (1) qui, quo minus coirent coniuges, fecerunt malis medicamentis, effascinationibus, incantationibus, aliisque artibus magicis †); (2) qui masculum castrarunt, eique uirgam & nervos torpere, aut uasa semen ferentia siccari fecerunt; (3) femina, quæ se ipsa sterilem reddidit, siue hoc explendæ libidinis ergo, siue ex odio, siue ex alia causa fecerit.

§. CCCCI.

quæ poena  
de I. Carolo,  
&

Ab his (§. pr.), si dolo malo egerint, supplicium sumi iubet Carolus \* u). Itaque (1) medicus, qui medicamento suo conceptionem procuraturus procurauit sterilitatem, (2) femina, quæ medicamento, quod sumsit, uim procurandæ sterilitatis inesse, plane ignorauit, & (3) qui masculum castrauit ad præceptum sui principis

†) DELRIO *disquis. de impot. coniug.* c. 6. mag. lib. III. p. I. q. 4. th. 4.  
sect. 8. p. 417. SIMON u) C. C. art. 133.